dicit. Columbe nō pareūt nec locū deserunt si
sup omnes fenestras aliqd de strangulati ho-
minis loro vel vinclo vel fune suspēdas. Et in
plinio de historia naturali multa talia inueni-
unt. Similiter in Gilberto vbicunq ponit ex
perimentū: intelligit aliqd supsticiosum. q om
nia generaliter spectant ad aliq pacta antiqui
tus inter demones et hoies ꝯstituta. ¶ Tertio
notandū q nulla virtus nature corporee lapi-
dis metalli ligni vel herbe: potest demones ad
aliqd cōpellere qiuis fingant se cōpelli: et homi
ni aliquo mō subdi: vt p hec familiaritatē cū ho-
minibꝰ ꝯtrahāt et finaliter eos fallāt. Qd autē
dicit agrimonia vel acrimonia fugare demo-
nē: nō est credēdū nisi miraculose a deo sic fu-
isse credit de Dauid et Saule. i. Regl. xvi. Fri
uolū est sicut satis innuit Augꝰ. x. de ciui. dei.
ꝯtra Porphyriū. Sz sciēdū q demon duplici-
ter homini fuit. Primo mō spōte vt decipiat.
Alio mō coacte a supiori spū. Sicut iudei dixe-
rūt de xpo q in Beelzebub pncipe demonioꝝ
eijceret demonia. Math. xij. Ulterius ē notā
dū de incātationibus serpentū q ex quo nulla
causa naturalis apparet quare voces tales qles
cūq fuerint faciāt serpentē expectare: nec ser-
pens intelligit qd pfert. Uident tales incāta-
tiones p demones effectū sortiri et sūt reliquie
veteris idolatrie. Inuocationes etiā quas ve-
tule p noia barbarica et extranea vel obserua-
tiōes infinitas p morbis curādis sortilegia sūt
qiuis admisceant quedā de deo vel de euāge-
lio. Si quis aūt ꝯtra infirmitatē appēdi faciat
noia xpi seu euāgelij ex simplici deuocione nō
habēdo spem ad modū ligādi vel scribēdi vel
figurā vel caracteres: nō est piculū qiuis talia
nō ordinant ad expellendū morbos directe.

Ad rōnes. ¶ Ad primā qd ad honorē dei ē etc.
Dicendū q nō est ad honorē dei q hoies talia
faciāt ad querendū auxiliū et ꝯsiliū a demoni-
bus. imo est eis ꝯtra eos bellū indictuz. Unde
expellere eū de corporibus hominū quos ve-
xant bn̄ licet sic faciūt exorciste. Nō aūt eos su
scitare vt doceāt homines quecūq media: vel
vt iuuent ad quemcūq effectū. Si aūt inuenit
hoc aliqs fecisse: fecit hoc dn̄o dispēsante et mi-
raculose cooperante. ¶ Ad secundū de imagi
nibꝰ curātibus infirmitates artificialiter factis
in quacunq materia fuerint nisi forte ipa ma-
teria habeat efficaciā naturalez. Dicit sanctus
Thomas secūda scde. q omnes imagines ta-
les supstitiose et magice sūt: qd ptz ex hoc: qr hm
eū nullū effectū habēt nisi in eis quidā caracte
res scribant. Figura aūt nō est naturalis acti-
onis pncipiū. Hec aūt ē differētia inter imagi
nes astrologicas et necromāticas. q necromā-
tice fiūt p expssaz inuocationē demonū. Astro-
logice p pacta tacita figurarū vel caracterū.
Ad tertiū q obseruātie a demōibꝰ tradite an-
tiqtus nō sunt cause taliū euentuū: s signa tm
et nō naturaliter instituta: nec a deo. igit ab an
gelo nō bono vel ab homine. ¶ Ad quartū cō
stat Salomonē aliqn idolatrā fuisse. Uñ possi
bile est suos exercismos p demōes ordinatos
fuisse: et iō sūt illiciti. ¶ Ad quintū q figuri et ca
racteribꝰ nulla virtus actiua a stellis pōt ipri-
mi cū nō sint res distincte a rebꝰ figuratis. Si
aūt dicat q ipis rebꝰ imprimit virtꝰ ppter figu
rā vel caracterē: hoc nō est nisi p pacta antiqtꝰ
p demones inita.

## Lectio. CXC.

**FRequenter enim**
poccupāt pessima: redarguēte ꝯsci-
entia. Cū sit em̄ timida neqcia: data
est in oim ꝯdēnationē: semp em̄ psumit seua p
turbata ꝯsciētia. Nihil em̄ est timor nisi psum-
ptionis adiutoriū pditio cogitatiōis auxilioꝝ
et dum ab intro minor est expectatio maiorem
putat penā eius cause de q tormentū pstat.
Enarratis penis multiplicibꝰ quibꝰ afflicti fu
erūt egyptij tenebris palpabilibꝰ circūsepti p
triduū intra qs penas vna de maximis fuit ti
mor q semp suspicabant eis peiora supuctura
supplicia qz fuerūt psentialiter iā illata. In ista
pte intēdit assignare cām huius timoris suspi-
ciosi. Et circa hoc duo fac. Primo assignat hu-
ius timoris originē in generali. Secūdo magi
eā explanat in speciali ibi. Cū sit enim timida.
Circa primū dicit sic. Frequēter em̄ poccupāt
pessima redarguēte ꝯsciētia: qsi diceret. Hec ē
causa tāti timoris in peccatoribꝰ iam afflicti vt
nō solū doleāt de penis psītibus sed magis ti-
meāt penas futuras: qr tales frequēter poccu
pant. i. cōcipiunt. pessima. i. maxima penalia
eis inferēda: redarguēte ꝯsciētia: que iudicat
sibi penā maiorē deberi qz actualiter infertur.
Hiere. ij. Arguet te malicia tua. Cōsciētia g le-
sa p culpā facit hoiez poccupare. i. ꝯcipere gra
uiora futura qz patitur vt plus torqueatur me
tu qz sensu. Uel potest pessima eē nominatiui
casus. Pessima. id ē grauissima tormēta poc-
cupāt malos: et est sentētia ꝯsimilis. Cōsequen
ter istud magis explanat in speciali. Et ponit
istius timoris principiū mediū et effectū. Princi
piū em̄ est nequicia q est pncipalis origo timo-
ris. Et quātū ad hoc dicit. Cū sit em̄ timida ne
quicia data est in omniū ꝯdēnationez .s. oim
videlicet maloꝝ siue peccātiū ꝯdēnationē. Nā
ipamet nequicia penā secum habet ne aliqd in
vniuerso deordinatū remaneat. Unde Boeti
us. iiij. de ꝯsola. psa. iij. Sicut probis pbitas
ipa est premiū. Ita improbis nequicia ipsa est
suppliciuz. Et Augꝰ. j. confes. Iussisti dn̄e et sic
est vt pena sit sibi ois inordinatus animus. Et
idē de vera innocentia ca. iiij. Nulle pene gra
uiores sunt qz male ꝯsciētie: in qua cū nō ha-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-277/0414
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG